


SANCTI  
GREGORII  
PAPÆ I.

COGNOMENTO MAGNI,  
OPERA OMNIA.

Ad manuscriptos codices Romanos, Gallicanos, Anglicanos  
emendata, aucta, & illustrata notis.

*Studio & labore MONACHORUM Ordinis Sancti Benedicti,  
& Congregatione Sancti Mauri.*

TOMUS QUARTUS.



PARISIIS.

Sumptibus CLAUDII RIGAUD, viâ Citharæâ.

M. DCCV.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

DE  
TRIPLICI VITA

S E U

HISTORIA S. GREGORII MAGNI  
HIC EXHIBITA,  
P R Æ F A T I O.

**T**RIPPLICEM hic representamus Gregorii Magni vitam : primam compendiosè descriptam, quam Paulo Diacono Casinensi Monacho debemus : secundam, sanctissimi Pontificis præclare gesta suscipiendi stilo complectentem, cujus auctor Johannes Diaconus, monasterii quoque Casinensis alumnus. Quasi enim pro acceptis tot beneficiis gratum se ostendere voluisset, non satis habuit, ad ipsius historiam posteris consignandam, unum suppeditare scriptorem, sed alterum addidit & quidem diligentissimum historicum. Utrique vita post allata plurima veterum testimonia de sancto Gregorio, subiecimus tertiam, quam ex ipsius præsertim operibus eruimus & adornavimus. De priori vita contractiori, & de ipsius auctore prius est dicendum, & consequenter de aliis.

Hanc breviorẽ vitam eodem anno scilicet 1668. ediderunt Bollandus in secundo mensis Martii tomo, & noster Mabillonius in Act. Sanctorum Ord. S. Benedicti seculo 1. Eandem postea sanctissimi Doctoris operibus præfixit Petrus Guffanvillanus anno 1675. Quo vero codice sit usus, indicare minimè curavit. Certe plurimum discrepat à duabus prioribus hæc editio, siue id exemplaris manu descripti vitio contigerit, siue editor pro libito multa mutaverit, & ab obsolescentiis, quæ hoc in opusculo frequenter occurrunt, vocibus consilio abstinerit.

De editione à Bollando ejusque sociis adornata audiendi sunt ipsi in Commentario prævio de sancto Gregorio s. 2. Primo loco vitam post ejus obitum scriptam damus ab auctore synchtrono sed anonymo. Ita enim numero 26. ( nobis 28. ) asserit : Post obitum ejus narratum didicimus à fidei & religioso viro, & huic nostro Patri familiarissimo scilicet \* Paulo Diacono, quem constat non diu post obitum sancti Gregorii in vita permanisse . . . Extant hæc acta in quamplurimis codicibus mss. eisque perverulis quorum aliqui ad nostram bibliothecam spectant : habemus eadem etiam ex mss. Ecclesiæ Cathedralis sancti Audomari, & Ecclesiæ Trevirensis sancti Martini ; contulimusque eum duplici codice Reginae Sueciæ signato nam 81. & 369. Item eum præclaro codice monasterii Bonifontis in Gallia.

Mirum sine tot in codicibus desiderari nomen Pauli Diaconi, germani scilicet hujus vitæ scriptoris, ut mox probaturi & demonstraturi sumus. Felicius nostro cessat Mabillonio, qui his in actis edendis tres codices adhibens, Sangermanen-

I  
Triplex Vita  
S. Gregorii  
vita hic edita

Lib. 2.  
Dialog.

II.  
Prior à Paulo  
Diacono  
ducubana  
scriptus  
est.

De hujus  
vite auctore  
Bollandi  
sententia.

III.  
Refulsurus  
& hoc scriptus  
Paulo alligatur.

\* Errata calumia Paulum prius Petri scribentem. Omissum etiam incautè supra nobis ante narratum, conjicitur, quia loco illigatur, scilicet num. 26. legitur, nobis narratum.



Profecti praedicationum flamina cooperante & sermone conficente seq. agmina...

# SANCTI GREGORII PAPÆ VITA.

Auctore PAULO DIACONO Monacho Cassinensi.

I. Gregorius Pa-  
pae, pater  
& magister.



**G**REGORIUS hac urbe Roma-  
na, patre Gordiano, matre verdè  
Silvia editus non solum de spe-  
tabili fenatorum prosapia, ve-  
rum etiam religiosa, originem  
duxit. Nam Felix, illius apo-  
stolice sedis Antistes, vir magnæ

virtutis, & ecclesie in Christo gloria, ejus avarus  
fuit. Sed tamen hanc Gregorius tantæ nobilitatis  
lineam moribus excolit, probis actibus decoravit.  
Denique, ut post in propatulo clauit, non sine ma-  
gno quodam praefugio tale sortitus est nomen. Grego-  
rius namque ex Graeco eloquio in nostra lingua B

Disciplinis verbè liberalibus, hoc est grammatica,  
rhetorica, dialectica, ita à puero est institutus, ut  
quamvis eo tempore florere adhuc Roma studiis  
litterarum, tamen nulli in urbe ipsa secundus esse  
putaretur. Inerat ei in parva ætate matu-  
rum jam studium: adherere scilicet majorum di-  
ctis, & si quid dignum potuisset auditu percipere,  
non signiter oblivioni tradere, sed tenaci paci-  
entia commendare: haurebatque jam tunc  
suscipiendo doctrinae fluenti pectore, quæ post con-  
gruenti tempore mellis gutturo eructaret. Hic  
in annis adolescentiæ (in quibus solet ea ætas vias  
seculi ingredi) Deo cepit devotus existere: & ad  
superne vite patriam totis desiderii anhelare.

Sed dum diu loangeque conversionis gratiam dif-  
ferret, & postquam ecclesie est afflatus desiderio, se-

culari habitu conregi melius putaret, velletque  
presenti mundo quasi specietentis deservire, cer-  
perunt multa contra eum ex ejusdem mundi cura  
succrescere: ut in eo non jam specie, sed ( ut ipse  
de se asserit ) reueneretur & mente. Tandem cum  
parentum jam dudum obitu liberam disponen-  
damm rerum suarum haberet facultatem, quod  
pius mente gestabat aperuit: quodque jam in di-  
uinis erat obtentibus, humanis etiam visibus osten-  
dit. Mox etenim cuncta quæ habere potuit, ad pie-  
tatis opus distribuit, ut Christum pro nobis factum  
egenum, egeni ipse sequeretur.

Sex denique in Sicilia monasteria construens,  
fratres illic Christo servituros aggregavit: septi-  
mum verò intra urbis hujus muros instituit, in quo  
& ipse postmodum regulari tractate, multis sibi so-  
ciatis fratribus, sub Abbatis imperio militavit. Quo-  
ibus monasteriis tantum de redditibus prædiorum  
suorum delegavit, quantum posset illis commoran-  
tibus ad quotidianum victum sufficere: reliqua  
verò cum omni domus præsidio vendidit, ac pau-  
peribus erogavit: nobilitatemque illam, quam ad  
seculum vidobatur habere, totam ad nanciscen-  
dam superne gloriam dignitatis, divina gratia largi-  
ente, convertit. Et qui ante lætico contextu ac  
gemmis micantibus solitus erat per urbem proce-  
dere trabebatus, post illi concessus regimine, mini-  
strabat pauper ipse pauperibus.

Etenim mutato repente seculi habitu, monastè-  
rium petiit, & ex hujus mundi naufragio nudus  
evasit. In quo tantæ perfectionis gratiæ cepit con-  
versari, ut jam tunc in ipsis militis perfectiorum pos-  
set numero deputari. Inerat denique ei tanta ab-  
sistentia in cibis, vigilantia in orationibus, strenua-

Novum Greg.  
quod agitur.

II. Rursum  
Bjæ fides.

III. Placida  
radimenta.

III. Quodlibet  
de vita hanc  
designto.

IV. Fecundus in  
prole sua im-  
pudicus.

V. Adhuc G.  
prole Monas-  
terii, ut Monas-  
terium.

<sup>A</sup> Ex Veronensi ita magna ex parte citantur videtur. l. 1. tit. 1. 2.  
l. 1. tit. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

<sup>B</sup> In cod. Bezae, scriptura Greg. Papa, sed à Paulo Diacono  
ca. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

<sup>C</sup> In d. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

<sup>D</sup> In d. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.



S A N C T I  
**P A T E R I I** LIBER  
 DE  
 E X P O S I T I O N E  
 V E T E R I S A C N O V I T E S T A M E N T I,  
 D E D I V E R S I S L I B R I S  
 Sancti Gregorii Papæ concinnatus.

P R O O E M I U M.



U M beatissimi, atque Apostolici Gregorii, Pontificis nostri, veltri quoque, addam nutritoris, dicta sæpius lectione percurrerem, avidiusque mihi eis assiduam esse ipsa luculentissima verborum ejus satisfactio suaderet: quiddam in eis repertis sine comparatione potissimum. Dum igitur unius sancti viri, hoc est beati Job historiam abstrusis mysteriorum opacitatibus testam, sub triplici, id est typica, morali, atque historica studuit expositione discutere, ac repulso ignorantie nubilo, in aperto cunctis luce claris serena patefactione monstrare: pene totam veteris, ac novi Testamenti seriem rerum explanandarum necessitate est coactus exponere. Ubi enim occulte nimis rei dilucidandæ necessitas imminebat, ut aut obscurum quid apud audientium animos remaneret, aut ipse non liquidissima satisfactio obscuritatis, & interna ad lucem videretur eijcere: non solum disertissimis verborum assertionibus, quod clausum erat, aperuit; sed ita \* esse prolati quoque testimonii assertionem firmavit: ne non intellecta, si inesset forsitan, obscuritas rei explanandæ, augeter potius, quam auferret caliginem. Idque testimo-

anum studuit addita expositionis explanatione differere. In quibusdam namque locis in expositione etiam testimonii, non solum verborum satisfactio nem sibi posse sufficere judicavit, nisi alterius iterum deducti ad medium testimonii evidenti interpretatione, latius edoceret. Adhucque est, ut hac occasione, sicut præfatus sum, veteris Testamenti tota pene series occulta patefceret: quæ divini mirtus aspiratione reserata, famis nostræ esuriam superni pabuli copia satiaret. Hujus ergo rei ardentis nimis desiderio provocatus, quædam de eisdem testimoniis ceperam sub quadam brevitare decerpere, aliqua verò negligendo transire. Quod dum fieret, sicut conscientia mea mihi testis est, me volente, atque hoc exautis providente, ne à quoquam aliquo modo nosceretur, per quosdam ad eisdem Apostolici noticiam Pontificis nostri usque pervenit. Qui me verbis mox, quibus Beatitudo vestra novit, suavoris, atque ad superna trahentibus, hortando cepit accendere, quatenus hoc quod neglectè ceperam, explere studiosius debuissim: ita ut & opus, & librum in quo testimonium positum legeretur, vel ex qua re ortum esset, in tituli ejus prænotatione designarem. Cujus

\* In text. dicitur: In primis tituli. Cod. Vatic. habet: In non. sancta Trinitate: itaque præloque Patris. Constanti Generatio, ubi quod pol. Patris, additur. Supra S. Gregorii Papa. Præterea legitur S. Patris. In Dispositi: In non. Sic. In libro S. Patris dicitur: In S. Gregorii Papa. In Michalino: In primis præloque Patris de Testamento à beato Papa Gregorio scripto.

† Hinc & Germe. Innotuit ad hunc. In Vatic. est: In primis dicitur satisfactio interna videtur fore.

\*\* Locum hunc corruptum in editis & in pluribus est: In primis dicitur: In non. Sic. In libro S. Patris dicitur: In S. Gregorii Papa. In Michalino: In primis præloque Patris de Testamento à beato Papa Gregorio scripto.

# A L L U L F I

## D E E X P O S I T I O N E

### N O V I T E S T A M E N T I .

#### P R A E F A T I O

*De quatuor Evangelistis, per quatuor animalia designatis.*

Matth. 1. 14  
Lucas 1. 17  
Matth. 1. 18

Matth. 1. 19  
Lucas 1. 20

Joh. 1. 14

Joh. 1. 15

Matth. 1. 21  
Lucas 1. 22

**P**ER sancta quatuor animalia, quae Ezechielii A  
Prophetae ostenduntur in visione, sancti quatuor Evangelistae, Matthaeus videlicet, Marcus, Lucas, & Johannes figurantur: & sub Evangelistarum personis omnes simul perfecti significantur. Nec immerito per Evangelistas quatuor, perfectiorum omnium numerus exprimitur: quia omnes, qui in Ecclesia modò perfecti sunt, perfectionis suae rectitudinem per eorum Evangelium didicerunt. Sancta itaque quatuor animalia, per quae quatuor Evangelistae significantur, subtili narratione describuntur ab Ezechiele, cum dicitur: *Quatuor facies uni, & quatuor pennae uni.* Quid per faciem nisi nocitia, & quid per pennas, nisi volatus exprimitur: Per faciem quippe unusquisque agnoscitur, per pennam verò in altum ariam corpora sublevantur. Facies itaque pertinet ad fidem, penna ad contemplationem. Per fidem namque ab omnipotenti Deo cognoscimur, sicut ipse de suis ovis dicit: *Ego sum Pastor bonus, & cognoscitis vocem meam, & cognoscunt me oves.* Qui rursus ait: *Ego scio quos elegerim.* Per contemplationem verò, qua super nosmetipsos tollimur, quasi in aërem levamur. Quatuor ergo facies uni sunt, quia si requiras quid Matthaeus de incarnatione Domini sentiat, haec nimirum sentit quod Marcus, Lucas, & Johannes. Si quaeras quid Johannes sentiat, hoc proculdubio quod Lucas, Marcus, & Matthaeus. Si quaeras quid Marcus, hoc quod Matthaeus, Johannes, & Lucas. Si quaeras quid Lucas, hoc quod Johannes, Matthaeus, & Marcus sentit. Quatuor ergo facies uni sunt, quia nocitia fidei, qua cognoscuntur à Deo, ipsa est in uno, quae est simul in quatuor. Quidquid enim in uno inveneris, hoc in omnibus simul quatuor recognosces. Et quatuor pennae uni, quia Dei omnipotentis filium Dominum nostrum Jesum Christum simul omnes concorditer praedicant, & ad divinitatem ejus mentis oculos levantes, pennam contemplationis volant. Evangelistarum ergo facies ad humanitatem Domini pertinet, penna ad divinitatem: quia in eum, quem corporeum aspiciunt, quasi facies intendunt. Sed dum hunc esse incircumscriptum & incorporeum ex divinitate annuntiant, per contemplationis pennam, quasi in aërem levantur. Quia itaque, & una est fides incarnationis ejus in omnibus, & par contemplatio divinitatis ejus in singulis, rectè dicitur: *Quatuor facies uni, & quatuor pennae uni.* Deinde etiam haec

eadem sancta animalia subtilis describuntur, ut per haec Evangelistarum significati personas, ipsa nobis subtilitas descriptionis aperiat, nihilque sermo Dei nostro intellectui dubietatis reliquat. Dicitur enim: *Similitudo vultus eorum, facies hominis, & facies leonis à dextris ipsorum quatuor: facies autem bovis à sinistris ipsorum quatuor, & facies aquilae desuper ipsorum quatuor.* Quod enim quatuor haec animalia pennata sanctos quatuor Evangelistas designent, ipsa uniuscujusque libri evangelici exordia testantur. Nam quia ab humana generatione cepit, jure per hominem Matthaeus, quia per clamorem in deserto, rectè per leonem Marcus, quia à sacrificio exorsus est, bene per vitulum Lucas: quia verò à divinitate Verbi cepit, dignè per aquilam significatur Johannes. Qui dicitur: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum;* dum in ipsam divinitatis substantiam intendit, quasi more aquilae in solem oculos facit. Sed quia electi omnia membra sunt Redemptoris nostri, ipse autem Redemptor noster caput est electorum omnium; per hoc quod membra ejus figurata sunt, nil obstat, si in his omnibus etiam ipse signetur. Ipse enim unigenitus Dei filius veraciter factus est homo: ipse in sacrificio redemptionis nostrae dignatus est mori, ut vitulus: ipse per virtutem suae fortitudinis surrexit, ut leo. Leo etiam apertis oculis dormire perhibetur: quia in ipsa morte, in qua ex humanitate Redemptor noster dormire potuit, ex divinitate sua immortalis permanendo vigilavit. Ipse etiam post resurrectionem suam ascendens ad caelos, in superioribus est elevatus, ut aquila. Totum ergo simul nobis est, quia & nascentis homo, & moriendo vitulus, & resurgendo leo, & ad caelos ascendendo aquila factus est. Sed quia per haec animalia Evangelistas quatuor, & sub eorum specie simul perfectos omnes jam superius significari diximus, restat ut quomodo unusquisque electusum illis animalium visenibus exprimat, ostendamus.

Omnis etenim electus & in via Domini perfectus, & homo, & vitulus, & leo simul, & aquila est. Homo enim rationale est animal: Vitulus autem in sacrificio mactari solet. Leo verò fortis est bestia, sicut scriptum est: *Leo fortissimus bestiarum, ad nullius parabit occursum.* Aquila ad sublimia volat, & irreverberatis oculis solis radios intendit. Omnis itaque, qui in ratione perfectus est,

\* Cum expositionem hanc Patetiana auctoritas colligeret, operantes in Traditione. De Aluis legens quae dicitur dicitur.